

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: In ... Nicolai Copernici Instrumentum Parallaticum ...

Citation: Brahe, Tycho: "In ... Nicolai Copernici Instrumentum Parallaticum ...", i Brahe, Tycho: *Tycho Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 266.
Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho06tom-shoot-workid54243/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Tycho Brahe Dani opera omnia

266 EPISTOLARUM ASTRONOMICARUM

Etsi vero hoc Instrumentum nullam utilitatem in Observationibus rite inserviendis praebat, non saltem quod nunc obsoletum & admodum antiquum sit, verum etiam tum ob materie ligneae inconstantiam (quam tamen quodam Ingenio, per alternatim in longum mutatis, eā quā cre- 235
uerunt dispositione, inter conglutinandum afferibus, emendare nixus 5 est COPERNICVS) tum quoque divisionis & foraminum non satis subtilem & conuenientem ordinationem, alijsque de caulis, quas nunc præterire lubet: tamen TYCHONI admodum charum est, atque ob incomparabilis illius COPERNICI memoriam, in precio id habet & lartum testum conferuat. Quanti vero idipsum faciat, subsequentes 10 Versus, quos eodem die, quo illud nactus est, de eo lusit, attestantur, quique in Tabella prope idem Instrumentum appensa leguntur.

IN SVMMI MATHEMATICI NICOLAI COPERNICI
INSTRVMENTVM PARALLATICVM, ALIAS REGVLÆ
PTOLEMAICÆ DICTUM; TYCHONIS BRAHE 15
HEXAMETRUM. SCRIPTUM DIE
23. IULIJ, ANNO 1584.

*IS, qualem non Terra Virum, per Secula multa
Procreat, Invidiā tardans quæque Optima, qualem
Ipsa sibi vix Astra ferunt, per mille recursus,
Tot Centrisque Polisque licet, totque Orbibus Orbem 20
Tam rapido involuant cursu, nec laeta fatigant:
ILLE IS, qui Cælo genitus, Cælestia Terris
Progenuit, sed partu alio, quam pri/ca Parentum
Fert veterum foibles, Cælo nec forsitan ipfi 25
Degeneri, Patris proprios sub imagine vultus,
Sed magis atque magis referente, quod omnis Olympi
Testatur facies, vulgi licet infacia turba
Non videat, quidnam reuolutis congruat Astra:
ILLE &, qui Cælo poterat deducere Solem,
Ac prohibere loco, Terrasque involuere Olympo, 30
Et Lunam Terris, Mundique inuertere Formam,
Ne qua parte tamen, quamvis conuerfa, dehincat,
Sed concinna magis, longeque minoribus vfa
Subsidis, moti referat spectacula Cæli: || 35
ILLE, inquam, tantos olim COPERNICVS Aujus 236
His leuibus Baculis, facili licet arte paratis,
Aggregatus, toti Leges præscribere Olympo,
Astra que cel/a adeo, vili subducere ligno
Sufficiuit, Superum ingreßus Penetralia, nulli 40
Quam*

*Quam prope Mortali conceſsum ab origine Mundi eſt.
 Quid non Ingenium ſuperat? fuit Montibus olim
 Incaſum Montes congeſti; Pelion, Oſa,
 5 Æthnaque teſtantur, ſimilis his glomeratus Olympus,
 Innumerique alij, nec dum potuiſe Gigantes
 Corpore p̄ſualidos, fed Mensis acumine inertes,
 In Superas penetrare Domos: ILLE Inclytus, ILLE
 10 Viribus Ingenij confiſus, robore nullo,
 Fufibus his paruis, celſum ſuperauit Olympum.
 O tanti Monumenta viri! fint lignea quamuis
 His tamen inuideat fuluum (fi noſceret) Aurum.*

HÆC quinque inde a numero IX. enumerata Inſtrumenta, locata
 fuit in diſto Obſeruatorio Septentrionali, cuius vndiquaque tecum
 non minus quam in alijs explicare, ac ex eo proſpicere datur, prout
 15 opus fuerit. Extra vero hoc, fuit etiam (vti ſupra) duæ columnæ ſive
 fulcimenta cum ſuperne comprehenſis Globis, quibus Sextantes ad
 obſeruandum imponuntur, alterum verſus Orientem, alterum verſus
 Occafum; quodlibet in extreſto ad hoc ſibi (vti appellant) Altano.

XIII.

20 Armillæ alteræ Æquatoriae eiusdem fere cum ſupradictis magni-
 tudinis, Orichalco ſuperinductæ, quarum Meridianus ex ferro eſt, &
 poſitæ fuit in peculiari ac paruo Obſeruatorio litera S signato, verſus
 Septentrionem, vt per eas conſiderare liceat, quod per p̄dictas (quæ
 25 in Obſeruatorio minore verſus Meridiem litera N notato feruantur)
 impediſtient Arce, in cœli Septentrionalis plaga, viſui non patet.

XV.

237 Quadrans quidam magnus ex ſolido Orichalco fuſus & apprime leui-
 gatus in cubiculo verſus Africum conficitur, muro firmiſimiſiſimis cochleis
 238 præ-ſcise in Meridie plano affixus. Habet in foramine, quod ad Au-
 30 ſtrum murum tranſit, pro centro, Cylindrum Orichalcicum deauratum,
 cuius beneficio vmbra Solis, vel radij Stellarum, in binis pinnacidijſ
 hinc inde in ipsa Quadrantis circumferentia mobilibus, excipiuntur,
 quibus Altitudines Syderum in hac eadem circumferentia ſubtiliter
 35 diſcernuntur. Continet autem in eâ quilibet Gradus, non faltem fin-
 gula Minuta diſcriminatio per puncta tranſuerſalia diſtributa, sed eti-
 am quodlibet Minutum in ſex partes ſive dena ſecunda eadē ratione
 ſubdiuiditur: Nam Quadrans per ſe admodum magnus eſt, occupans
 a centro ad circumferentiam ferme quinque cubitos.

Intra hunc Quadrantem, in ſpacio vacuo, ipſius TYCHONIS Effigies
 40 in tabula depicta eſt, eā magnitudine, quæ ipſi repondeat. Sedens in-
 clinat ſe ad mensam, ac altera manu monſtrat parietis foramen, per
 34*

